Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 231
Quelle:
Copyright:

ſonis Tractatu eosdem, quos ille, Contractus illicitos declaravit.

XXIV. *fol.* 265. *Sequitur ſermo cancellarij pariſienſis quando rex romanorum* (Sigismundus) *iuerat a conſtantia ad regem arragonum et ad petrum de luna pro vnione eccleſie procuranda.* Initium: *Proſperum iter faciet nobis* &c. Extat T. II. *col.* 273. et nobis alibi.

XXV. *fol.* 274. XII. *Conſiderationes ſuper modo proteſtandi M. Jo. de gerſona canc. Pariſ.* Additur alias: *Circa materiam fidei.* Initium: *Proteſtatio ſeu reuocatio generalis aut condicionalis* &c. Habentur T. I. *col.* 28. et nobis iterum.

XXVI. *fol.* 279. p. 2. *Incipiunt XII. Conſiderationes de pertinacia notanda in aliquo. Magiſtri Johannis Cancel.* Initium: *Pertinacie propria ratio que errantem* &c. T. I. *col.* 36. nobis pariter alibi.

XXVII. *fol.* 280. p. 2. *Sequitur declaratio pulcra Cancellarij pariſien. que veritates de neceſſitate ſalutis ſint credende et que ſapiant hereſim.* Initium: *Declaratio compendioſa que veritates* &c. T. I. *col.* 22. et nobis iterato, ſed hic ſubſcripta non eſt *Determinatio in Concilio Conſtantienſi*, ut in impreſſis.

XXVIII. *fol.* 284. p. 2. *Sequitur tractatus Job. gerſon factus contra hereticos dicentes de neceſſitate ſalutis eſſe laycos recipere ſacramentum ſub vtraque ſpecie.* Incipit: *Oblaturus iuxta ſeniorum huius ſacri Concilij Conſtan.* &c. Pluries a nobis indicatus, et hic integer, ut T. I. *col.* 457.

XXIX. *fol.* 289. p. 2. *Incipit Tractatulus de Spirituum probacione Magiſtri Johannis Gerſon Canc. Pariſ.* Additur denuo, eſſe Partem 2. *Tractatus de vita ſpirituali anime.* Initium eſt: *Probate ſpiritus ſi ex deo ſunt iubet* &c. ut T. I. *col.* 37.

XXX. *fol.* 293. p. 2. *Secuntur remedia contra modernas temptaciones.* Infra antiqua manu notatur: *Ex ſtilo videtur quod non Gerſonis.* Neque invenio in ejus Operibus. Initium habent: *Ad honorem dei dicam aliqua remedia contra aliquas temptaciones ſpirituales, que in hoc tempore habundant* &c. Remedia haec numero XII. ſunt, quae definunt: *et ſic domino iuuante ipſas ſuperabis.* In *nota* miniata ſubjecta *Remedia* haec cum praecedente opuſculo dicuntur Partem II. *Tract. de vita ſpirituali anime* conſtituere; Partem vero tertiam haberi ſupra *fol.* 126. Atqui ibi *Tractatum de vita Contemplativa practice conſiderata* vidimus, quae potius Pars eſt II. *Conſiderationum de Myſtica Theologia.* Nihil ejusmodi Diſtributionis in ſuis *Codd. mſs.* obſervaverint Editores *Pariſini.*

XXXI. *fol.* 297. *Incipit formula viſitandi M. Johannis de Gerſona.* T. II. *col.* 558. inſcribitur: *De viſitatione Prælatorum vel de cura Curatorum.* Initium eſt: *Ad laudem dei et edificationem populi criſtiani compilata eſt breuis et rudis inſtructio tempore quo celebrabatur remis prouinciale concilium*

Anno